pro Maiori Minorennitate, Successorum Legatione intra Vel extra Regnum Seruitio militari, ad munimenta ad euictorem vel alijs quibusuis Dilationibus et legalibus impedimentis Non differentes ad quiettionem Ultra proximos officij praefati Castrensis Capitalis Premisliensis Terminos Dilationem Sibi Non recipientes Nullasque Mationes appellationes ac Earum prosecutiones facientes ac praemissa omnia omnis simplicibus vel Triplicatis euasionibus Suspensionibus fatalijs Iuris prorsecutione Terminorum Bello conuentioneque alijsque quibusuis Iuris remedijs et defensis Non subterfugientes, Nec modo quouis euadentes hac sua personali Recognitione ad praemissa mediante.

Zydowski & Wolska se se mutuo Quietant 158

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitalibus Premisliensibus Generosi Andreas Ioannes de Zydowo Zydowski ab vna et Anna Silicka olim Generosi Adami de Koschanowo Gozek Wolski consors derelicta vidua, parte ab altera Sani mentibus et corporibus existentes, a Terris Discretibus Iuribus Iurisdictionibusque Suis quibusuis proprijs et competentibus recedentes praesenti Vero Castrensi Capitali Premisliensi Iurisdictioni se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie quoad hunc actum attinet subijcientes et incorporantes palam libere publice ac expressum recognouerunt et quilibet illorum Seorsim suo pro Interesse recognouit. Quia ipsi se se Mutuo et inuicem, de Intercisa certa inter se Recognitione

1672

ratione certarum rerum et Condonum in eadem Intercisa conten-
tarum de Actu illius hic Promisliae Feria tertia post Festum
Sanctae Agnethis Virginis et Martyris, proxima Anno Domini
Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Octavo proxime praeterita
confecta conscriptam manibus sui Recognoscentis propriis ab Utrinque
Subscriptam et Actis Terrestribus Promisliensibus cum interpositione Vadij Se-
ptem Millium florenorum Polonicalium roborata, Nec Nonde eiusdem
Intercisae Roborationis inscriptione Terrestri Promisliensi quietant emittunt
dimittunt Liberosque et absolutos se se pronuntiant Intercisam
praefatam eiusque inscriptionem Roborationem cum omnibus eiusdem condi-
tionibus, in toto et per omnia cassant mortificant et annihilant
sibi suisque posteris nomine promissorum omnium et singulorum perpetuum
imponentes silentium.

Iidem Intercisam mutuo & inuicem Roborant.

159 Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitalibus Promisliensibus Generosi Andreas
Joannes de Zydowo Zydowski ab una et Anna Sili-
cka olim Generosi Adami de Kochanowo Gozek Wolski
consors derelicta vidua parte ab altera sani mentibus et
corporibus existentes a Terris Discretibus Iuribus Iurisdi-
ctionibusque suis quibusvis propriis et competentibus
recedentes praesenti Iure Castrensi Capitali Promisliensi
Iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis generalibus
omnibus totaliter et plenarie quoad hunc actum attinet
subijciens et incorporans palam libere publice ac per expres-
sum